



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

I. Markgraf Albrecht dotirt einen Frühmeß-Altar in Eberswalde mit einem Hofe und der Mühle zu Hegermühl, dem Krugzinse und der obern Finow, zur täglichen Gedächtnißfeier seiner Eltern, am 12. ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54734](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54734)

XL.

Neustadt - Eberswalde.

L. Markgraf Albrecht dotirt einen Fröhmes-Altar in Eberswalde mit einem Hofe und der Mühle zu Hegermühl, dem Krugginse und der obern Finow, zur täglichen Gedächtnißfeier seiner Eltern, am 12. November 1294.

In nomine sancte Trinitatis et individue Unitatis amen! Ne id quod rite et rationabiliter agitur oblivio hominum et fluxus temporis perimat et tollat, necesse est ut perpetuitatis firmitatis robur scripturarum et testium ydoneorum testimoniis forciatur. Proinde nos Albertus, dei gracia marchio brandenburgensis, presentibus recognoscimus in perpetuum publice protestantes, quod ad laudem et honorem omnipotentis dei sueque sancte genitricis et virginis marie dotantes in Everswolde unum altare in parochiali ecclesia ad primam missam, plebano, qui pro tempore fuerit, in honore Barbare, Dorothee et sancte Crucis, apposuimus in proprietate et dedimus ad idem Curiam cum molendino in Heghermole cum censu taberne ibidem et aquam superiorem, que dicitur Vyno, ad movendum molendinum, absque omni impedimento cum quinque choris siliginis ad pactum, unum chorum siliginis in molendino Ubsdorp. cum proprietate ejusdem ad dictum altare perpetuo tempore absque contradictione permanebunt. Ita videlicet quod plebanus in Everswolde, qui pro tempore fuerit, singulis diebus missam ordinabit et cottidie fiet memoria illustrium principum bone memorie patris nostri, Ottonis marchionis brandenburgensis et matris nostre Beatricis, Marchionisse, et omnium heredum nostrorum, cum anime nostre a corpore fuerint resolute. Renunciamus insuper omni juri, quod nobis in jure patronatus dicti altaris hactenus competeat seu competere possit nostris heredibus et successoribus marchionibus brandenburgensibus aliquo modo in futurum, Et etiam juri quo patrono laico in talibus permittitur variare. Ut autem nostra dotatio predicta ab omnibus tam posteris quam futuris illesa et inviolabilis observetur, prefens scriptum inde confectum, conscribi fecimus et Sigilli nostri munimine fecimus roborari. Actum et datum Everswold, Anno domini Millesimo ducentesimo nonagesimo quarto, in die sancti Livini martiris.

Nach S. P. v. der Hagen's Abdruck des Originals in desselben „Beschreibung der Kalkbrücke zu Rüderödorf, der Stadt Neustadt-Eberswalde und des Finow-Kanals ic.“ S. 237.